

## ADALÉK KRÓNIKÁINK TÖRTÉNETÉHEZ.

DR. KARÁCSONYI JÁNOSTÓL.

Még 1868 július 2-án indítványozta Dobóczy Ignác a Magyar Történelmi Társulat választmányi gyűlésén, hogy a társulat másoltassa le a következő krónikákat:

»1. A firenzei Magliabechi könyvtár kéziratai közt Classe 23. Cod. 122. pag. 172. De origine Hunnorum czim alatt foglaltat.

2. Azt, mely a vatikáni könyvtárban, az Ottoboni-féle könyvtár kéziratai közt hártýára irtan találtatik.« (Századok, 1868. 502. l.)

Mikor Szent-István korával foglalkoztam, nagyon bántott ez időszakra vonatkozó kútforrásaink elégtelensége. Kapkodtam tehát minden reménysugár után s megkerestem akkoriban Olaszországban tartózkodó honfitársaimat és szíves, jó barátaimat: dr. *Hauddek Ágoston* és dr. *Vári Rezső* urakat, hogy kegyeskedjenek megtekinteni a fentírt kódexeket s küldjenek abból egyes részleteket, hogy így összevetve többi krónikáinkkal, ítéletet mondhassak, vajjon érdemes-e azokat lemásolni?

A flórenczi kódex megtekintését dr. *Vári Rezső* úr vállalta magára s mivel a küldött részletet egy eddigelé kinyomtatott magyar krónikában sem találtam meg, fölkértem őt az egész lemásolására. Megtette nemcsak ezt, hanem még kiírta egy olasz tudósnak a kódex származásáról, szerzőjéről tett eme megjegyzését is: »Ez egy XIV. századbéli tudós írótól készített, több könyvből kivont különféle jegyzeteket és töredékeket tartalmazó gyűjtemény. A könyvek adataihoz sokszor odacsatolja saját véleményét és észrevételét is. Belé van írva Boccaccio János, Petrarca és Zanobida Strada néhány levele is. Ciampi Sebestény tanár úr Monumenti di Giovanni Boccaccio (Milano, 1830. 12-r.) czímű művében erős bizonyítékokkal támogatja véleményét, hogy e kódex írója nem lehet más, mint maga Boccaccio«. Ennek alap-

ján nem régiben egy lapbetéten maga a könyvtár igazgatósága e czímet adta a kódexnek: *Boccacci (Joannis) excerpta ex variis auctoribus (I. Caesaris, P. Orosii, Svetonii, Martini Poloni) et alia. Cod. cartac. in fol. del XIV. (autografo)*«, holott régebben *Cd. miscell. saec. XVI. foliorum 304 ab eadem manu exaratus*« czímmel jelölték. A jelzés maradt a régi.

Ezek szerint egy Boccacciotól készített hún krónikával állunk szemben. Érdekes ez már csak író személyénél fogva is, de még érdekesebb az, hogy a világhíri író a magyar krónikát ismerte, használta s azt a többi írók adataival, s nemzetének dicsőségével összeegyeztetni, Atilla hadjáratait rendszeresebben előadni igyekezett. Megérdemli tehát, hogy a többi hún krónikák mellett ez is közzé tétessék.

#### De origine regni Hunnorum.

Nembroth, ut supra, genuit Hunor et Mogor, ex quibus fratribus Hunnorum regnum initium habuit. Hii venando ad paludes Meothidas pervenerunt et VI. anno, postquam ibi immorati sunt, agentes praedas, duas filias principis Alanorum rapientes uxores duxerunt, et cum multiplicati essent, de Scithica Europa Prutenos expulerunt, quae inter Pontum et Ripheos montes sita est, ubi duo magna flumina oriuntur Eral et Thegora; primum, ut Ripheos montes tangit, Don appellatur et per planitiem Alanorum tribus ramis in rotundum mare fluit, secundum per incultos silvas intrat Ircaniam, vergens in mare aquilonis. Et divisa est Scithia in partes CVIII, tot enim tribus exierant de filiis Hunor et Mogor, cum Scithiam invasere Hunnorum tamen originem aliter quidam ponunt, ut infra. Conveniebant autem ad exercitum sub tali voce praeconia, quod die tali unusquisquam armatus in tali loco debeat apparere communitatis consilium imperceptum auditorus. Tandem tempore Romanorum imperatorum, de quibus CVIII tribuum milia summentes, ceteros pro custodia in Scithia relinquentes, egressi sunt in exterminium partis occiduae.

Hunni Auares et Ungari appellantur. Cum enim Philemon, unus rex Gotharum quasdam magnas mulieres inter suos reperisset et solitudines errare coegit, quas nonnulli, quos faunos vocant, in amplexum recipientes, hoc ferocissimum genus hominum genuerunt, quod prima die in nata prole deservit, nam maribus ferro genas secant, etiam antequam lac suscipiant; hinc imberbes senescunt et sine venustate ephedi sunt. Sunt autem exigui statura, sed arguti motibus ad equitandum promptissimi, scapulis latis ad sagiptandum (*agy*) periti. Inter Meotidas paludes habuere initium, quorum venatores cervae secuti vestigia transierunt paludes et Scithicam regionem explorantes Hunnos ortantur ad transitum et expulsis Ghothis obtinere dominium regionis

et in magno culmine fuere LXXX annis. A primo autem anno Gratiani imperatoris regnare super eos duo fratres, post quos annos Hunnorum regnum diminutum est et tandem tempore Caroli cum suo nomine periire.

Primi reges Unnorum.

Primo Gratiani imperatoris anno regnare incipientes fuerunt hii duo fratres: Vnalam et Pemudruth seu Asdrubal, pater Athile.

Rugil tempore Arcadii et Honorii imperatorum.

Buda vel Bela vel Hasdrubal cum fratre suo Ethela tempore Honorii superioris et Theodosii.

Athila filius Bele cum fratre predictorum imperatorum tempore.

Athila istè de Scithia egressus Bessorum, Romanorum, Albanorum terras transiit, demum Soldaliam, Rutheniam et Nigrorum Cumanorum ingressus coloniam usque Tize flumen invitis gentibus tandem pervenit. Conspecta regione eam cum uxore et filiis et armentis incolere voluit. Tunc Macrinus Pannonie, Dalmatie, Macedonie, Frigie ac Pamphiliæ tetrarcha Romanorum petiit auxilia contra Hunnos, lacerrantes de die in diem eius confinia. Suscepto autem presidio, dum deliberant, an transmissio Danubio vel aliter Hunnos invadere debeant, Hunni noctis silentio super utres in Sicambriam transvadant (*igy*) et in temptoriis multos trucidant; a Romanis tandem repulsi ad propria redire. Cognita occidentalium virtute armorum et animo cum resumpto proposito Athila exercitum parat et facto congressu reciderunt ex Hunnis usque ad XL milia. Occubuit et Macrinus et multi principes Romanorum et Romanus exercitus dispersus est. Tunc Athila fratrem a flumine Tize usque ad flumen Don rethorem constituit, se autem Hunnorum regem vocat, metum orbis, flagellum dei. Erat autem colore teter, oculis nigris et furiosis, capite grandi, ore nasosimus, rara barba et canizie respersa, statura brevis incessu elatus, in praeliis astutus et sollicitus. Ex severitate a suis timebatur, ex liberalitate ab exteris amabatur et multi confluebant ad eum. Cesio igitur Romano exercitu apud Sennem solempnem celebrabat curiam, in qua multi principes Germanorum illi fecere omagia. Immissumque est tunc menti eius, ut occidentalia invadat regna. Et primum Yliricum subicit, deinde Renum transire disponit et Gallias depopulaturus advenit. Iamque Metensi urbe excussa Aurelianense evertere minabatur. Erat tunc sanctus Anianus eiusdem urbis episcopus, cuius precibus Argetius (*igy*) patricius Romanorum, vir inclitus et in bello strenuus, contra rebellantes Burgundiones Romanis domuerat, Aurelianum properavit cum Thorizmo, Heudonis regis Gothorum filio, et Athilam improvisum invasit magnamque stragem exercuit. Athila tamquam victus Pannoniam rediit, ut maiorem pararet exercitum. Hec ponit hic Ugo Floriacus, verum secundum Singibertum post hec omnia Attila legitur suscepisse regnum Hunnorum.

Atthila fortissimis vallatus gentibus Ostrogotorum et Gepida-

rum aliisque diversis populis, post Messiam, Macedoniam et Achaiam pervagatam, postquam Theodosius datis VII mille libris et promissis mille libris annuatim a finibus suis exire pervasit, elatus seva cogitare cepit. Oderat Romanos propter antiquam eorum dignitatem. Oderat Wisigothos propter eorum fortitudinem et utrosque aggredi non audebat: Romanis scribebat, quod non eos, sed Wisigotos volebat invadere et scribebat similiter Wisigotis. Eutius autem patricius Romanorum fraudem Athile praecognoscens, Theoderico, regi Wisigotorum ex persona Valentiniiani monuit, ut contra Attilam immanissimum tyrannum et totius orbis invasorem cum Romanis conveniat. Interim Athila Wisigotis bellum indicit. Illi vero Romanorum auxilium petunt et impetrant. Et primo Romanus exercitus cum Francis, Burgundionibus, Saxonibus et multis Celticis ac Germanicis nationibus occurrit. Attila vero occurrentem sibi Burgundiae regem apud Basileam stravit, ubi tam acriter pugnatum est, ut ibi XVIII millia hominum occisa sint; inde autem Argentinam obsedit et muros dextruxit, ut iter pateret viatoribus, deinde Luxonium, Lingonensem urbem dextruxit, et descendens iuxta Rodanum versus Cateloniam tendit, ubi eius exercitus taliter est divisus: una pars contra Maromamonam soldanum Marochii properat, qui protinus mari transito Marochium fugit. Interea Eutius Romanorum patricius cum XI regibus occidentis Attilam invadit et in campis Cathelonie uterque sedet exercitus. Attila vero in visceribus animalium per scientes (?) rei perquiritur eventum, seque vincendum intelligit, sed ex alia parte casurum principem cunctis potentiozem. Romani eminentiorem locum habebant. Igitur ab hora VIII. usque ad noctem acerrimum bellum protenditur. Theodericus, rex Wisigotorum perimitur, Athila in fuga versus victum se prodidit, sed noctis beneficio occultari potuit. Mane facto Eutius patricius Turismundo filio Theoderici consulit, ne iterum Hunnos invadat, timens illius gloriam et potentiam augeri, sed ante auditam regis mortem domum properat, ne regni corona praeoccupetur a fratribus. Attila vero de suo assultu affidens ignem paravit, in quem si hostis veniret, protinus se iactaret. Referet Jordanis, eorum scriptor, quod in illo famosissimo bello ceciderunt CLXV milia exceptis XV milia, qui in congressu Francorum et Gepidarum priori nocte corruerant. Itaque Turismundo Tolosam redeunte, Attila audacior factus ea parte Hunnorum, quae contra Miramamonam iverat, ad habitandum in Catelonia remanente, ipse demolita Francia et Flandria Turingiam ingressus, super Dachos, Novergios, Frigones, Prutenos magnum destinavit exercitum eosque subiecit; ipse vero Sicambriam pergens fremens Belam vel Budam occidit, et corpus in Danubium proici fecit, quia domini sibi concessi fines excesserat, feceratque Sycambriam suo nomine vocari Budam, quam ipse civitatem Athile sive Ethele iusserat appellari, Theotonici interdictum formidantes vocavere Echulburg, Hunni vero Oubudam usque hodie vocant.

Post hec Athila sic mansit annis V, speculatoribus suis in quatuor partes orbis transmissis; una pars in Colonia, secunda usque Lituaniam locata est, tertia in Don fluvii litore, quarta in Giadria, civitate Dalmatie, ut nosceret mundus, quali studio Athila deditus erat. Ex Pannonia vero, Dalmatia, Macedonia, Frigia et Pamphilia multi transiere in Apuliam crebris Hunnorum incursionibus fatigati. Post quinquennium vero e Pannonia egressus contra mare pertransiit Tragurum, Sebenichum, Scardonam, Iadriam, Nonam, Senam, Polam, Parentium, Camphistriam, Triestum et Aquileiam usque pervenit, occidentale invadens regnum cum quingentis milibus armatorum.

Attila VI. anno Martiani imperatoris occidentalis invasit plagam, nec ulla civitas vel castrum potuit ab eius furore tutari. Venienti tandem occurrit Lupus Trecensis episcopus et ait ei: Tu quis es, qui terras nostras vastas. Ille respondit: Ego sum Attila, flagellum dei. Ad quam vocem iussit portas aperiri, dicens: Bene venerit flagellum dei. Miro autem modo Hunni cecitate percussi transiere per mediam civitatem neminem ledentes. Sequenti anno Ytaliam aggressus, omnes pene civitates incendit vel diruit. Cum enim Aquilogiam (*igy*) pervenisset, illi sanctorum reliquias cum uxoribus et parvulis et thesauris in loco Gradensi tutavere, et mortuis ex parte Attilae VIII millibus, Ytalicorum vero XX millibus, cum non possent resistere multitudini, statuas muris superponunt et taliter non advertente Attila aufugere. Dum vero Attila missum falconem super unam statuarum residentem cerneret, advertens dolum, quod sic obsessi per annum cum dimidio effugissent, indignans civitatem dextruxit. Inde processit contra Concordiam, qui (*igy*) similiter inbelles ad insulam in litore maris, quam Crapulos vocant, miserunt; ibi Attila XVII millia hominum amisit, oppidani vero CCC. Postea transivit Altinum, quod pridem vocabant Antenoridem ab Antenore conditore et hii suo (*igy*) conformiter tandem fugere ad insulas et edificavere Civitatem Novam et Esul et Terselum et fecere burgos magnos vocatos armam. Et quidam nobilis, Constanzac (*igy*) nomine, prope habitavit et nomen suo loco dedit, et quidam alius in Burano, et multi alii in Mazerbio et Murano. Attila vero contra Paduam processit. Rex autem reginam cum liberis ad maritimam transmisit, quae stetit in dorso duro; est enim una pars civitatis, quae usque hodie sic vocatur, et aliqui habitavere in Ubanico, et sic Marcora et Trinitate, alii in Mesamanco. Monasterium autem virginum sancti Zacharie Venetiis edificatum est, ubi dicti regis filia secunda abatissa fuit. Hoc eventu gens Venetorum divitiis et personis aucta est. Attila autem primo ob Ytalicis victus, postea victor Paduam dextruxit et consequenter Vicentiam, Veronam, Brixiam, Pergamum, postea cum in Ravenna resideret, pars exercitus eius depopulatur Apuliam et Terram Laboris. Timens autem Leo papa, ne Romam veniens idem faceret, ad eum ivit, qui circa Padum morabatur et totius Ytalie reportavit salutem. Stupen-

tibus autem barbaris, Attila dixit astitisse papae quendam canitie venerabilem et mortem sibi minantem, nisi eum in omnibus audiret. Ideo de Ytalia protinus recessit. Martino autem deus apparens ait, arcum Attile fractum esse. Ipsa nocte in nuptiis crapulatus, erumpente per apoplexiam sanguine de naribus eius, in nocte suffocatus est. Orta est autem seditio in posteris eius de successione, Hunnis uni adherentibus, exteris alteri. Inde tantus sanguis effusus est, quod diebus pluribus aqua Danubii inpotabilis fuit. Fugerunt autem quasi XV millia Hunnorum in Scythiam. Alii de praelio fuga liberati, timentes nationes occidentis, in campo Chigle usque Arpad permanserunt, qui se ibi non Hunnos, sed Zaculos vocavere. Hii scientes Hunnos in Pannoniam redire, occurrere eis confinibus Ruthenie, quibus in confinio Vlacorum in montibus sors data est. Fuit autem Pannonia sine rege X annis, incolentibus eam Sclavis, Grecis, Theonicis, Messiaris et Vlachis, advenis, qui vivente Attila rege populariter serviebant. Surrexit etiam in Polonia princeps, qui Bulgaris Messianisque imperabat, volens etiam in Pannonia dominari. Hunc Ungari, variis muneribus allectum, explorata illius diminuta militia, improvisi aggressi cum tota militia peremere et tenuere regionis dominium.

Attila praedictus tempore Theodosii et Valentiniani solus Hunnorum rex est, quem Martinus vocat Totilam.<sup>1</sup>

Vznach filius Athile tempore Martiani imperatoris.

Celiobes tempore Zenonis.

Extunc regni Hunnorum annotatio cessat, quia omnes reges vocati sunt gagani et nulla distinguendi inter eos proprietates invenitur; tandem tempore Caroli magni cum suo nomine perierunt.<sup>2</sup>

A másik kódexet dr. *Haudek Ágoston* hazánkfia, akkor a S. congregatio episcoporum et regularium tanácsosa, megvizsgálván, róla a következő leírást adta: A kódex ívrétű pergamenre van írva; 43 levélből áll, gazdagon illusztrálva. Az utolsó pergamenlapra rá van ragasztva egy 4-r. papírlap, a melyen egykorú írással az van följegyezve: »*Liber Thome de Drag*« és néhány citatum, a melyből a kódex eredetére nem lehet következtetést vonni. Származik a XV. század végéről, mert végig egy kéz írása s a szövegből kitűnik, hogy II. Pius pápa és III. Frigyes császár még élt a kódex írásakor.«

<sup>1</sup> *Széljegyzet*: »Totila fuit rex Gothorum tempore Iustiniani a Narsete occisus.

<sup>2</sup> *Széljegyzet*: Garda rex Unnorum tempore Iustiniani imperatoris baptizatus est et vidua relicta cuiusdam principis eorum cum C millibus illarum gentium baptismi gratiam receperunt. De quo Garda nicil (*így*) hic dicit post reges, et demum, obmissa linea Unnorum, scribit hunc regem eorum fuisse, dum scribit de Justiniano imperatore.

A kódexben foglalt műnek tulajdonképen két czíme van. Az egyik így szól: »*Incipit prologus in compilationem librorum historialium totius biblie ab Adam usque ad Christum editam a fratre Johanne de Utino Minorum ordinis*«. Ezután következik az ajánlat: *Reverendo in Christo patri et domino, domino Bertrando dei gratia sancte sedis Aquileguiensis patriarche dignissimo*«. A mint ez ajánlatból kitűnik, e része a műnek 1346 előtt készült, mert Bertrand eddig volt aquilejai patriárka, de meg az ajánlatban maga a szerző is írja, hogy művét 1344-ben szerzette.

A másik cím Johannes de Utino ajánlása után következik s ekkép szól: »*Insuper Traynarum ac Romanorum gesta necnon auctoritates 12 Sibillarum sunt applicata. Consequenter summorum pontificum post Christum regentium ac imperatorum gesta usque nunc ad tempora nostra pauca predictis sunt ascripta*.«

A mint a második czimből kitűnik, a kódexben foglaltakat tulajdonkép két ember írta. A Krisztus eljöveteléig terjedő részt *Johannes de Utino*, a többit pedig az ő folytatója. Sajnos, e folytatónak nevét nem ismerjük, de hogy magyar volt, vagy legalább Magyarországon lakott, azt bátran következtethetjük abból, hogy mind a császárok, mind a pápák történetében mindig megjegyzi, ha annak idejében Magyarországon valami nevezetes történt. Így pl. a császárok történetében ezeket írja:

»Anno dni 880. Karolus 3-us imperavit annis 11. . . Hiis temporibus gens Hunnorum a Scitia egressa . . . in Pannoniam venit et eiectis inde Bavaris usque hodie permanserat. Hunnorum gens adeo inculta fuisse narratur, ut carnibus crudis ad cibum, humano vero sanguine ad potum uterentur, quem admodum Phalagii, qui ultra Rutenos morantur faciunt.«

»Anno dni 976. Otto II. imperavit annis 20. Huius tempore s. Wolffgangus Ratisponensis episcopus floruit et s. Adalbertus Boemus partes stagnatas et Saxones cum Bohemis ad fidem convertit ac sanctum Steffanum primum regem Hungarie christianum baptisavit.«

»Anno dni 1014. Hainricus I. imperavit annis 12. . . Hic multa prospera bella gessit et sororem suam Gisilam sancto Steffano, regi Hungarie tradidit in uxorem et ad fidem vocavit.«

A pápák történetében pedig a következő részletek fordulnak elő:

»Anno dni 1028. Johannes XIX. sedit annis 9, mense 1, diebus 2. . . . Huius tempore s. Emericus *dux Sirmiensis*, primi regis Ungarie christiani Steffani filius cum sponsa sua virgo obiit.«

»Anno dni 1033. Benedictus IX. sedit annis 13 diebus 3. . . . Huius tempore s. Gerhardus Epus Chanadiensis supra ligam ligatus, circa Budam precipitatus, martyrio coronatus.«

Figyelemre méltó, hogy a magyar történelemben jártas folytató Szent-Imrét »*dux Sirmiensis*«-nek nevezi. Ez sehol másutt nem fordul elő.

A kódex legvégén, a 41 b., 42. és 43. lapokon van a magyar krónika; ez »*Hic incipiuntur reges Hungarie*« szavakkal kezdődik s a Szilágyi Mihályról tett megjegyzéséből kitűnik, hogy 1460-ban készült. Mint Johannes de Utino műve, ki van adva Toldy Analectáiban és Mátyás Flóriánál;<sup>1</sup> de miként az előadottakból kitűnik, nem Johannes de Utinonak, hanem az ő ismeretlen, magyar folytatójának tulajdonítandó.

Hogyan került e könyv Rómába? arra megfelel első birtokosának neve. Drági vagy Drághy (és nem Drágfí, mint némelyek tévedésből írják) Tamás, dobokamegyei nemes család tagja<sup>2</sup> királyi személynök régtől fogva nagy érdeklődést tanusított a magyar történelem iránt, úgy hogy Túróczi János krónikáját 1488-ban neki ajánlotta. E Drági Tamást Mátyás király 1489-ben Rómába küldötte követül.<sup>3</sup> Nagyon természetesnek találhatja tehát bárki is, hogy Drági ekkor a magyar királyok történetét is magában foglaló könyvvel a pápának vagy valamelyik biborosznak kedveskedett s így ez kikerülte azt az enyészetet, mely Magyarországból annyira társára várákozott.

<sup>1</sup> *Historiae Hungariae Fontes Domestici*. III. k. 266—76. l.

<sup>2</sup> V. ö. Nagy Iván, *Magyarország családjai*, III. k. 381—2. l. és Csánki, *Magyarország Történelmi földrajza*. II. k. 77—8 l.

<sup>3</sup> *Monumenta Vaticana Hung.* I. sor. VI. k. 243. l.